



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 63. Fœderati recedere, ac ab armis cessare per Livianum compulsi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

cta esset, in ejus tamen vota descendere Saccul. XVI.
simulabat: Foederatorum est, inquit, o- A. C. 1515.
cius Padum amnem superare, ne Helve-
tios, cum altera jam vice datam ipsis fidem
fesellissent, tertia deinceps ad amplecten-
da Gallorum studia insuperhabitius Car-
dinalis Sedunensis conatibus adigerent,
quo facto ad subigendam Italiam planum
Helvetiis iter sterneretur.

§. LXIII.

*Fœderati recedere, ac ab armis cef-
sare per Livianum com-
pulsi.*

Ergo cum omnes in Laurentii senten- Marian. l. 30
tiam transirent, prope Cremonam n. 126.
pons Pado imponitur, atque ceteris prio-
res Hispani amnem superant, Pontificis
exercitu ad alteram usque diem traje-
ctum precrastinante. Ubi vero explo-
ratores, quos Cardonnius nocturno tem-
pore Laudam versus emiserat, nuncias-
sent, quod Livianus altera ex parte jam-
jam instructam aciem admoveret, ac du^o
Gallorum Lanceariorum centuriæ hanc
urbem intrassent, hoc nuncio Fœdera-
torum exercitus tanto terrore opprime-
batur, ut nullo ordine fluvium remetire-
tur, quia ulla Belliducum imperia fu-
gam fistere valerent: unde ambo copia-
rum Praefecti Gallici exercitus succes-
sum

Sæc. XVI. sum præstolaturi, Placentiæ hærere sta.
A.C 1515. tuerunt.

§. LXIV.

*Gallorum exercitus Mariniani ab
Helvetiis invasus.*

Helvetii Monzæ diutius subsistere pertæsi, motis castris prope Mediolanum tentoria sua fixerunt: Galli vero, ne eorum adventu metum cepisse vide-rentur, S. Donati oppido, quod huic Metropoli & Mariniano interjacet, primum agmen admoveunt: Cardinalis autem Sedunensis capitali in Gallos odio flagrans, Helvetios suos in unam aciem coactos gravi sermone alloquebatur: „Ma-
„no animo, inquit, milites estote! ex-
„pedita vobis offertur vincendi occasio,
„minima sunt, quæ nunc intuemini,
„immensa vobis spolia parantur; Regis
„potentissimi cum toto suo exercitu ar-
„mis vestris profligati gloriam poste-
„ris relinquite.., Hæc Cardinalis ora-
tio tantopere Helvetiorum animos ere-
xit, ut illi sumptis quantocius armis, ca-
strisque Mediolano motis, secum viginti
duntaxat minora belli tormenta abstra-
herent, ac Gallorum exercitum altero ab
urbe lapide diffitum aggredierentur. Re-
censebant Helvetii quadraginta peditum
millia, præter septingentos vel circiter o-

ctin-